



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXV. Joannes X. Anno Christi 914. Ludovici III. 15. Constantini VIII. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

tentissima meretricis Theodora matris  
omnia moverentur. Accessit verò ad  
potentiam ejus, quod defuncto Adelberto  
Marchione Tuscia, loco ipsius regnans  
filius ejus ex Berta conjuge Vido nomine  
Maroziam scortum Sergii in uxorem  
acceperit. Hac omnia Luitprandus epus  
temporis scriptor. Quanta autem esset  
potentia Tuscia Marchionum, ex eodem  
auctore probe intelligere potes, dum de  
ipso hac ait: Hic Rex potius, quàm Mar-  
chio poterat appellari, in nullo quippe mi-  
hi est inferior, nisi solummodò nomine.

CXXV.

JOANNES X.

ANNO CHRISTI 914.

LUDOVICI III. 15. CONSTAN-  
TINI VIII. 3.

JOANNEM X. Joannis filium,  
Romanum Ravennæ Episcopum  
in summum Sacerdotium Theodora  
favor evexit. (1) Pontifex consecra-  
tus est anno 914. mense Aprilis  
exeunte, & partum arte malâ Ponti-  
ficatum haud malè gessit. Saracenos  
qui arcem Garilianam ad ostium Li-  
ris, & Latii fines positam, annum  
jam quadragesimum tenebant, me-  
ximo

Bar. an.

912. d. 12

Pag. 5.

7. 8.

ximo totius Italiæ damno atque pe-  
 riculo, Constantini *Porphyrogeniti*,  
 Berengarii, & aliorum Principum  
 auxiliis fretus, in primis verò Apo-  
 stolorum Petri & Pauli ope adjutus,  
 tantâ clade affecit, ut cæsi aut capti  
 omnes ad unum fuerint. Postea Be-  
 rengarium die ipso solemnî Paschæ  
 ritè constituit Imperatorem, simul ut  
 gratiam referret, simul ut excitaret  
 ad Romanam Ecclesiam tuendam ab  
 infensis. (2) Idem Legatum misit Bar. an.  
 918. §. 2.  
 Compostellam ad venerandum cor-  
 pus sancti Jacobi, cum litteris ad  
 Sifenandum ejusdem Urbis Episco-  
 pum, ut preces pro se ad eundem  
 Apostolum funderet. Eodem Pon- Bar. an.  
 420. §. 1.  
 tifice, reconciliata inter Orientalem Pag. §. 1.  
 & Occidentalem Ecclesiam pax,  
 quam turbaverat controversia de ma-  
 trimonio ab Imperatore Leone *Sapient-*  
*is* contracto quartâ vice. Græci  
 enim duce Nicolao *Mystico* Episcopo  
 Constantinopolitanorum, illud dam-  
 nârant tanquam fornicationem; Le-  
 gati verò Apostolicæ Sedis, quamvis  
 veritum severiore Græcæ Ecclesiæ  
 disciplinâ, tamen, ut in eo rerum  
 statu, permittendum, ratûmque ha-  
 ben-

bendum propugnauerat. Hæc atque  
 his similia Joannem effecere laudabi-  
 lem. Illud ei unum vitio datur, quod  
 affirmavit Archi-Episcopatum Re-  
 mensem Hugoni Heriberti Comitis  
 Aquitanix filio, qui nondum *quor-*  
*quennii tempus explisset.* (3) Anno 928.  
 Bar. an. 928. §. 2. Pontificatus sui decimo quarto jam ex-  
 925. §. 8. Pag. §. 1. 2. *acto, instinctu Marozix, quæ Vidoni*  
*Tuscix Marchioni nupta, non secus*  
*atque antea Mater, Romæ domina-*  
*batur, coniectus in carcerem, animâ*  
*cervicali interclusâ, periit. Sic quæ-*  
*dam*  
*foemina studium extulit, odium foemina*  
*abstulit.* (4)

## ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 915. §. 3. *Quod ad*  
*Joannem Papam nuncupatum spectat, per-*  
*uenit contigisse, ut qui invasor, fur, &*  
*latro ingressus erat, accedente Cleri con-*  
*sensu, haberi cœperit legitimus Romanus*  
*Pontifex: cujus quidem rei argumento*  
*sunt legationes ex diversis orbis partibus*  
*ad eum missæ; magis verò cultus fuit,*  
*cùm ejus operâ Saraceni, ita ut audisti,*  
*sunt extincti.*

(2) Docet id Anonymus in Carmine  
 Panegyrico *De laudibus Berengarii Augusti*  
 lib. 4. inter Scriptores Rerum Italicarum  
 tom.

tom. 2. pag. 405. 406. Berengarius factus Imperator confirmavit Romanæ Ecclesiæ ea omnia, quæ prius eidem data fuerant à Pippino, Carolo Magno, aliisque. Eam confirmationem à lectore pro suggestu recitatam subjicit idem Anonymus pag. 412.

*Sed facta silentia tandem :*

*Lectitat Augusti concessos munere pagos  
Præsulis obsequio, gradibus stans lector in  
altis.*

*Casare quo nôrint omnes data munera,  
prædo*

*Uterius paveat sacras sibi sumere terras.  
Locum hunc illustrat Valefius sic: Finitis  
populi acclamationibus & laudibus, ac  
votis, & facto tandem silentio, lector stans  
summis in gradibus Basilica S. Petri le-  
git Berengarii Augusti litteras, paulo  
antè ab eo promissas, quibus omnium su-  
periorum Principum donationes confirma-  
bantur, & quicumque pagi, seu regiones  
ac Urbes, Basilica S. Petri data olim  
fuerant à Pippino, Carolo Magno, aliis-  
que, à Berengario Augusto eidem, ac Jo-  
anni Papa concedebantur, nominatimque  
exprimebantur: ut omnes scirent ab Au-  
gusto Berengario data hæc esse beato Pe-  
tro, vel potius confirmata, & terras loco  
sacro attributas, ac veluti sacras nemo  
amplius sibi vindicare auderet.*

3. Flo-

(3) Flodoardus lib. 4. Historia Remensis cap. 20. tom. 17. Bibl. Patr. pag. 605.

Baronius ad an. 925. §. 9. *Illud plane tunc primum contigit in Ecclesia Dei videri monstrum, nunquam hactenus in toto Christiano visum nec auditum, imò ne puto mente conceptum.*

S. Bernardus epist. 42. seu De Officio Episcoporum cap. 7. pag. 477. *Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad Ecclesiasticas dignitates, & de ferula transferuntur ad principandum Presbyterii: latiores interim, quod virgas evaserunt, quam quod meruerint principatum: nec tam illis blanditur adeptum, quam adeptum magisterium.*

(4) Hieronymus Rubeus lib. 1. Hist. venatis pag. 255.

CXXVI:

LEO VI.

ANNO CHRISTI 897.  
CONSTANTINI VIII. 17. CUM  
ROMANO.

LEO VI. Christophori Primicerii filius, sine auctore dicitur à Pavinio, Baronio, Ciaconio, Papebrochio